



ARTICULUS I.

Resolutio Quaestio.

tingui vel per sua principia quos; formalis, & essentialis, & hoc dupliciter vel proximiora, vel remotiora; primo modo distinguuntur Petrus, & Paulus, quia distinguuntur precise per suas haecceitates, quae etiam dici solet distinctio materialis quia sumitur a differentia individuali, quae solet appellari materia totius, ut patet dist. 1. secundo modo distinguuntur Petrus a Brunello, quia non distinguuntur per differentias tantum individuales, sed etiam per differentias specificas proximas, scilicet per rationalitatem, & irrationalitatem, tertio tandem modo distinguuntur Petrus, & lapis, quia non feceruntur tantum per differentias individuales, aut specificas proximas, sed etiam remotas, quae sunt genericae; & haec distinctio per differentias specificas proximas, vel remotas solet appellari communi nomine distinctio formalis, quia sumitur a differentia essentiali, quae dici solet forma rei. Quia igitur ex multiplicitate divisionis oritur multiplicitate unitatis, quae per negationem divisionis explicari solet, quae enim non habent divisionem, quatenus non habent, ceterum unum dicuntur, ut docet Aristot. 5. Metaphysic. 11. sicut triplex assignatur diversitas, vel distinctio numerica, specifica, & generica, sic etiam triplex assignari debet unitas, unum numero dicitur Petrus in seipso, quia est in se indivisus per principia individualia, & a quoquo, alio divisus, unum specie, dicitur Petrus cum Paulo, quia in principis specificis sunt indivisa, unum genere tandem dicitur Petrus, & Bucephalus, quia sunt indivisa in principis genericis; unitas competens rebus ratione individualis differentiae dicitur materialis, sicut opposita distinctio materialis dicebatur, & unitas competens rebus ratione essentialis dicitur unitas formalis, sicut opposita distinctio, vel diversitas formalis dicebatur.

132 Licet verò unitates ita inter se comparantur, ut praesertim notatur Lichet, & Mairon, ut una dicatur major alia, & illa dicitur major unitas, quae minorem fecit partem divisionem, cum enim eius ratio in negatione divisionis consistat, vel eam connotet, quantum unitas est major, tamen magis recedit a suo opposito, ex quo fit unitas numerica, esse omnium maximam, quia nullam fecit partem divisionem, quod enim est unum numero est ita in se individuum, ut amplius in alia familia dividi non possit. Unitas formalis specifica dicitur minor numerali, quia comparatur secundum divisionem per haecceitates, unde unum specie potest esse numero multiplicatum; adhuc tamen haec unitas dicitur major unitate formalis generica, quia haec fecit admittit nedum divisionem per haecceitates, seu principia materialia, sed etiam per formalia, & essentialia; & ideo unitas formalis generica intra coordinatorem praedicationalem censetur omnium minima, quia admittit divisionem per differentias essentialia; his praecipue, ut communiter concessis pro intelligentia tituli quaestiones proponenda sunt primo loco aliorum opinionum.

Prima opinio negat hanc unitatem formalem numerali minorem ullo modo competere naturae a parte rei, nec in statu essentiae, nec in statu existentiae, sed ait competere tantum per intellectum, ita Nominales qui dicunt naturam esse per seipsum individuum, & per propriam essentiam, ut Ocham 1. p. 2. Log. cap. 16. in fine, & cap. 17. & 1. dist. 2. quaest. 6. ubi Gabriel Adam 1. dist. 23. quaest. 8. art. 2. Aureol. 2. dist. 9. quaest. 2. art. 1. 2. & 3. Scot. 1. de anim. quaest. 17. artic. 1. & sequitur Hurt. disput. 5. Metaphysic. sect. 9. ubi pluribus contendit non dari unitatem formalem medium inter unitatem singularem, & universalem, sicut non datur natura habens statum medium inter singularem, & universalem. Secunda opinio, quae solet tribui Fonseca 5. Met. cap. 23. quaest. 3. asserit naturam in statu essentiae seu secundum suum statum absolutum consideratam habere quandam unitatem veluti mixtam ex formali, & numerali, & inquit naturam secundum hanc unitatem ad inferiora non descendere, sed illam inferioribus multiplicat, tollitur huiusmodi unitas, & tamen concludit hanc unitatem non esse illam, quam dicunt formalem, quia secundum talem unitatem natura ad inferiora descendit, nec etiam esse proprie numeralem, quia haec tantum individuis convenit, ut talis sunt, & ideo potius dicitur debet (inquit Fonseca) quasi numeralis, seu numeralis nature communis, quatenus per ipsam naturam communes numerantur. Tertia opinio negat naturam in statu essentiae quamlibet unitatem positivam five formalem, five numeralem, five mixtam, & inquit dici posse tantum negativam unam, quatenus non est divisa, natura enim secundum se considerata nec est positiva una, neque multiplex, quoniam equitas secundum Avicem, est tantum equitas, nec una nec multiplex, ita Averl. q. 8. Log. sect. 7. Serna disp. 1. Log. sec. 4. q. 6. art. 2. Jo. de S. Tho. p. 2. Log. quaest. 3. artic. 3. & nonnulli alii Thomistae, ut refert Suarez disp. 6. Met. sect. 1. Quarta tandem, & ultima sententia communis docet, naturam secundum statum essentiae, seu absolute consideratam habere unitatem formalem, quae est formaliter & positiva unitas: unde in tali statu est positiva una unitate formalis, quae est minor numerali, ita Scot. loco cit. cum omnibus Scotistis D. Thom. de ente, & essentia c. 4. quaest. 2. ubi Cajet. & Ripa art. 4. Complut. disp. 1. Log. q. 2. Amic. tract. 4. Log. q. 3. dub. 5. art. 3. Suarez cit. Pasqualig. to. 2. Met. disput. 14. sect. 3. & alii passim.

133 Dico primo, naturam absolute acceptam, seu in statu essentiae habere propriam unitatem positivam, quae ipsam consequitur, veluti propria passio. Ita docet Doctor cit. 2. d. 3. quod 1. q. 9. ad quaest. 1. in fine lit. G. ubi sic loquitur: natura secundum illam entitatem habet verum esse extra animam realem, & secundum illam entitatem habet unitatem sibi proportionabilem, quae est indifferens ad singularitatem, ita quod non repugnat illi unitati de se quod quaecumque, unitate singulari tatisponatur; hoc ergo modo intelligo, naturam habere unitatem realem minorem unitate numerali, & licet non eam habeat de se, ita quod fit intra rationem naturae, quia equitas est tantum equitas secundum Avicem. Met. tamen illa unitas est passio propria naturae secundum suam entitatem primam, & per consequens nec est esse se haec intrinsece nec secundum entitatem propriam necessario includam in ipsa natura secundum primam entitatem suam; ita Scot. ibid. & paulo supra iam declaraverat, quod sentit intelligitur Avicem. dicitur, quod equitas est tantum equitas, nec ex se una, nec plures, nec universalis, nec particularis, hoc enim non ideo dixit, quia natura secundum suam essentiam non est positiva una, nam cum ita loquitur Avicem, & alii Avicem intelligunt (inquit Doct.) quod non est ex se una unitas numerali, nec plures pluraliter opposita illi unitati, sicut enim ex se nullam habet individuationem, ita neg; est ex se nullam habet unitatem singularem, aut multiplicitatem, &c. Probatur primo ratione ex Doctore deducta, quia unitas est adequata passio entis, ita quod quolibet ens, in quocumque gradu sumatur, est ex se sua essentia unum, unitatem; habet sibi proportionatam, sed natura habet propriam essentiam, accentuatam a singularitate distinctam ex natura rei ex dictis supra, ergo & propria unitatem.

Respondet Averl. loc. cit. unitatem, quae est passio entis, posse salvari merè negative, quia scilicet non fit de essentia naturae divisio, posse etiam salvari per rationem cum fundamento in re, quo pacto natura in intellectu est una; deinde sumi potest unitas transcendens, quae est passio entis, pro unitate numerali, & individuali, non quidem determinatè sumpta, sed indeterminate ut praesentia, & abstracta ab hac, vel illa unitate individuali, ut sic, & sic naturae, absolute sumptae, convenit unitas individualis in communi sumpta. Haec solutio impugnat tunc absolute, tum ad hominem, quia quilibet quod, quia passiones entis sunt proprietates vere, reales, & positive ex dictis disp. 4. q. 1. & praesertim unitas transcendentalis reddit suum subiectum verè, & positive unum, ex dictis disp. 5. ergo nequit unitas salvari merè negative, & per rationem; impugnat etiam ad hominem, quia secundum Adversarios unitas formaliter consistit in negatione divisionis; ergo nihil potest esse positive unum formaliter secundum ipsos, sed tantum negativè; si ergo habet natura negationem divisionis per principia formalia, & essentialia, erit una in suo ordine, sicut quolibet aliud ens, quia nullum per ipso potest unum formaliter consistit, nisi per negationem divisionis. Tum quia secundum ipsos dici potest positive unum nisi ratione fundamentali, cui esse, & intrinsece convenit negatio divisionis, sed in natura secundum se, ut ad individualia, quae dividitur, invenitur unitas positiva, & invenitur negatio divisionis quoad principia formalia; ergo invenitur plena, & perfecta unitas, quae haec secundum ipsos consistit in entitate cum negatione divisionis, & consequenter unitas positiva, quantum id potest ei convenire ratione fundamentali.

134 Respondet Jo. de S. Th. non inveniri in natura negationem divisionis absolute, & ex omni parte; sed solum sub illa reduplicacione quantum est ex principis formalibus, & quia reliquit indifferenciam, ut habet pluralitatem, vel unitatem absolute; & per principia materialia, ideo perfecte, & simpliciter non manet una, sed solum negativè, & sub illa reduplicacione dicta. Contra, quia id tantum probat, naturam non esse simpliciter, & absolute, seu maxime unam, 1. est numericè, quia secundum aliquam admittit divisionem nempe per principia materialia, & individualia, non autem probat, quod non sit positiva una in suo ordine, id est aliam unitatem minorem, quam fit individualis. Tum quia unitas non destruitur per quaecumque pluralitatem, sed tantum per pluralitatem individualem, sed tantum per formalem; ergo ex hoc, quod natura est una sub illa reduplicacione, quatenus est ex principis formalibus, quatenus sit indifferens ad unitatem, vel pluralitatem per principia individualia, minime leditur unitas formalis, ergo hoc non tollit, quin sit positiva una in suo ordine, & sic nulla est alia responsio. Denique, alia responsio quam subdit Averl. de unitate individuali, quod posita signari per passionem entis, non quidem determinatè sumpta, sed ut abstracta ab hac unitate individuali, & illa, est prorsus falsa, ut ostensum est disput. 7. q. 3. ex professo. Tum quia sicut haec individualis consequitur hoc in individuo signatè, ita unitas individualis in communi ut praesentia determinatè ab hac, & illa sequitur esse individuale in communi, ut eius passio, non autem ens in communi, aut naturam in statu essentiae consideratam. Tum quia unitas individualis five determinatè accepta, five in communi semper est incommunicabilis secundum suam rationem formalem, reddit; subiectum quod afficit incommunicabile, at natura in statu essentiae, praesertim

tim considerata, est de se incommunicabilis, ergo unitas, quae ipsam consequitur, ut passio, nequit esse individualis, five determinata, five in communi sumpta.

135 Secundo, probat Doctor, quia natura in statu essentiae considerata, & ut praesentia singularitatem, est quodquid est rei, & per se obiectum intellectus, & per se, ut sic, consideratur a metaphysico, & exprimitur per definitionem; sed nihil potest verè, & proprie definiti nisi fit per se unum, ut docet Ar. 4. Met. 10. & 1. 7. text. 13. & 1. 8. text. 15. ergo natura in se, & essentialiter est verè, & positive una.

Respondet rursus Averl. ut natura possit uno nomine significari, & una definitione explicari, sufficere, quod sit una negativè, id est non dicat essentialiter divisionem, & possit etiam concipi ab intellectu, ut una, & est solutio Averl. 2. d. 9. q. 2. art. 1. Contra, quod habet unum nomen, & unam definitionem potest esse univocum, ita quod univocitas sumitur ex unitate nominis, & definitionis, sed quod univocitas in unitate positiva fundatur eisdem nominis, & rationis, ut patet ex definitione univocorum, ergo quod est definibile debet esse unum positive, & non negativè tantum. Deinde falsa quoque est alia responsio, ut natura definiti potest sufficere, quod possit, ut una ab intellectu concipi, quia ut ait Doctor quod 1. Q. natura non habet ab intellectu, sed ex se, quod fit definibilis, & definitio exprimit essentiam rei, ut est in re, non ut est in intellectu; ergo quod verè, & proprie definitur, esse debet habere unitatem illam, & a parte rei, non autem praesertim per opus intellectus. Tum quia si foret ita, quod ad definitionem sufficeret unitas tributa per intellectum, entia quoque per accidens definiti possent, quia possent ab intellectu apprehendi per modum unius.

136 Tertio, passio per se primo convenit naturae, non singularibus; sed subiectum unius passionis debet esse per se, & positive unum; ergo natura secundum se, & ut singularitatem praecedat, est verè, & positive una, major est Aristotel. 1. Pol. text. 12. ubi risibile dicitur primum, & immediatum humanitatis praedicatum, non sortis, vel Platonis. Probat minor, quia unitas passio tendit ex unitate subiecti. Respond. Nominales subiectum passionis esse conceptum mentis, sicut etiam, & ipsa passio, si pro vera passione sumatur, quod fit passio inopinate accipitur pro vera, quod est accidens alterius, tunc negatur major, quia subiectum eius sunt singularia. Contra, quia si adequatum subiectum passionis v. g. risibilitatis est conceptus communis huius, & illius hominis, & adequata passio conceptus communis huius, & illius risibilitatis; ergo dum passio praedicabitur de subiecto, non praedicabitur res de re, sed conceptus, & de conceptu, & erit praedicatio falsa, quia nec conceptus formalis, nec obiectivus passionis est conceptus formalis, vel obiectivus subiecti. Deinde si singularia ipsa sumpta sunt adequatum subiectum passionis, vel sunt secundum propriam cuiusque singularitatem, & hoc non quia in tali passione communicant, vel secundum naturam, & sic habetur intentio, sicut enim passio est unius rationis, ita quoque subiectum adequatum unitatis formae habere debet, alioquin unum non esset, nisi collectivè, & per aggregationem, quod minime sufficit ad unitatem subiecti unitatis, de quo passiones in scientia demonstrantur.

137 Quarto, Unitas in indivisione consistit, sed natura v. g. humana ex se habet indivisionem formalem, seu per principia formalia, ergo ex se habet formalem unitatem. Dices, hinc tantum sequitur quod natura ex se esse negativè unam, & indivisam, quia ex se non est divisa, non tamen esse se positive unam. Contra, quia cum unitas formaliter in negatione consistat, vel saltem per eam explicetur, si natura ex se habet negationem divisionis formalis, iam habet formalem unitatem; tum quia ut dictum est supra, male distinguunt Adversarii de uno positive, & negative, quia secundum ipsos unitas formaliter in negatione consistit, & solum fundamentaler est ens positive, cum igitur in proposito natura, ut ab individuatione distincta, habeat propriam entitatem cum negatione divisionis formalis, cum non dicitur una formaliter etiam positive, quantum id ei convenire potest ratione fundamentali? Resp. Averl. quod illa propositio, natura ex se habet indivisionem formalem, seu in statu essentiae, non est formaliter divisa, sed reddit sensum affirmativum, id est de sua essentia habet, ut non sit divisa, est falsa; si autem reddat sensum negativum hoc modo, non ex sua essentia natura habet, ut sit divisa, sic est vera, ex qua non sequitur positive loquendo unitatem sui indivisionem convenire naturae in statu essentiae. Contra, nam etiam in primo sensu est vera illa propositio, quia natura ita ex se habet negationem divisionis formalis, ut omnino repugnet illi divisioni formalis, quia formaliter dividi, nil aliud est, quam dividi essentialiter, seu per differentias essentialia, hoc autem fieri dividi non potest, sed tantum materialiter, & per differentias individuales. Ex quo etiam sequitur posse in statu essentiae dici unam positive, quia in tali statu non habet per quod multiplicetur positive, ergo est una positive. Probatur consequens unum, & multa in ente immediate opponuntur, & se invicem tollunt, ita ut quocumque ente alterum ex his esse debet, ut sit, scilicet vel unum positive, vel positive multa, 5. ergo si a natura ex vi suae essentiae tollitur positiva pluralitas, hoc utique erit per positivam unitatem, quam de se habet. Denique probari potest ex paritate unitatis individualis, non ita repugnat naturae divisi formaliter, sicut individuo dividi materialiter, sed illa est positiva, ergo, &c.

Respondet Serna loc. cit. naturam secundum se sumptam, qua in statu essentiae abstracta ab unitate, & multitudine; cum qua coincidit responsio aliorum naturae ex se, nec divisionem, nec indivisionem formalem convenire, sed esse indifferenter ad utrumque sicut

superficies ex se indifferens est, ut sit alba, vel non alba, unde dici potest in hoc sensu negativè non alba. Contra primam responsionem instatur, quia si natura abstracta ab unitate, ergo etiam debet ab ente abstracta, ad quod consequitur unitas, unde verum est utique naturam in statu essentiae abstracta ab unitate singulari, non tamen a quacumque unitate; alioquin abstracta a ratione entis. Deinde reicitur ex dictis alia responsio, quia negatio divisionis formalis, ita convenit ex se naturae, ut omnino illi repugnet divisio formalis; ergo fallum est esse se indifferenter ad divisionem, & indivisionem formalem, sicut est superficies ad esse albam, & non albam; est utique indifferens ad unitatem, vel plures singularitates saltem distinctas, contra illi potest non tamen est indifferens ad unitatem, & multipliciter formalem, quia repugnat ei formaliter dividi.

138 Dico secundo unitatem, quae naturam consequitur in statu essentiae, non esse numeralem, aut mixtam quoadmodum est formalis, & numerali, sed esse precise unitatem formalem, quae est propria naturam. Conclufio est Scoti loc. cit. contra primam, & secundam opinionem, & quidem quoad primam partem, quod unitas naturae in statu essentiae non fit numeralis, ex eo patet, quod unitas numerica nullam permittit divisionem in alias partes subiectivas, unitas autem naturae permittit, unitas numerica est incommunicabilis prorsus, non ita unitas naturae; denique nulla natura creata est de se haec, sed solum natura divina, ut ostensum est in superioribus; ergo unitas naturae creatae secundum se considerate non est unitas numerica, seu singularis; tum quia principii unitatis singularis est singularitas, sed natura secundum suam essentiam a singularitate praesentia, eamque convenit tantum in statu existentiae, ergo, &c. Deinde probatur non esse unitatem quandam ex formali, & numerali mixtam, quia talis mixtio omnino repugnat, siquidem unitas singularis est propria individuorum, unitas formalis naturam, & ideo haec ponitur incommunicabilis, illa vero incommunicabilis, una secum, partem, aliquam divisionem, alia nullam partem, ergo tale mixtum omnino repugnat, si dicas cum Fonseca, hanc naturae unitatem esse quoadmodum mixtam ex unitate formali, & numerali, 4. quia quatenus convenit naturis solis; participat rationem unitatis formalis; quatenus autem conficit numerum ipsam naturam communium, quia humanitas v. g. & equitas sunt duae naturae specificae, habet rationem unitatis numeralis, unde vult quae esse appellandam unitatem numeralem, non quae est propria singulari, sed universalium. Contra, quia unitas numerica ab omnibus ponitur propria singularium, male ergo tribuitur hae unitatis naturae communibus. Neque quia numerari solent gradus metaphysici, & naturae communes, ritè tribuitur illis unitas numeralis, siquidem numerus quidditatum non est numerus praedicationalis, sed transcendentalis, qui consistit potest ex unitatibus etiam formalibus, nam quilibet gradus suam habet unitatem formalem. Rursus hic dicendum modum impugnat ex sui explanatione, ait enim Fonseca, naturam fecundum hanc unitatem ad inferiora non descendere, quia eo ipso, quod natura in inferioribus multiplicatur, haec unitas tollitur, plane hoc repugnat regulae iam traditae supra ab initio quaest. 1. 2. quod quocumque praedicata, quae competunt naturae in statu essentiae, conveniunt ei quoque in aliis statibus, cum sint praedicata primi, vel secundi modi; ergo si talis unitas convenit naturae in statu essentiae, etiam in statu existentiae, seu ad inferiora descendit, competere debet; tum quia haec unitas convenit naturae in primo, vel secundo modo dicendi per se, cum ei conveniat in statu essentiae; ergo est praedicatum illi realiter identificatum, atque ideo implicitè naturam, cum ad inferiora descendit, ac in eis multiplicatur, talem unitatem amittere, alia plura contra hunc dicendum modum videri possunt apud Suarez disp. 6. Metaph. sect. 3. & Pasqualig. disp. 14. sect. 3. n. 4. & seq. Denique ex his probata manet ultima pars conclusionis, cum enim naturae aliqua unitas competere debeat in statu essentiae, & haec neque fit numeralis, neque mixtam ex formali, & numerali, remanet, ut sit pura unitas formalis, quae est propria naturam.

139 Dico tertio, Unitas formalis naturae est unitas realis, seu a parte rei conveniens naturae, & minor unitate numerali. Haec conclusio est Doctoris loc. cit. quatenus enim tenet praecipua Thomistarum pars cum Cajet. de ente, & essentia c. 4. quod 6. ubi asserit hanc concl. esse ad eam manifestam, ut nemo sane mentis eam negare possit, Complut. log. q. 2. Suarez disp. 6. Metaph. sect. 1. Blanc. disp. 2. log. sect. 5. ubi asserunt a parte rei, & ante omnem operationem intellectus dari unitatem formalem in natura, & sic passim loquuntur alii Recentiores, quod valde notandum est, quia plerique nostrorum in hac quaest. ut est videre apud Fabrum in Philoph. theor. qu. 1. & in Metaph. lib. 4. disp. 9. citant passim Thomistas pro opposita sententia, quasi negent unitatem formalem naturae minorem unitate numerali esse veram, ac realem unitatem, & asserant esse solum unitatem rationis, quod quidem fallum est, fatentur enim, & ipse esse veram unitatem a parte rei in natura repertam, ut ab individuatione fecerunt, & ideo bene dixit Rada 2. p. contr. 3. D. Thomam cum Scoto quoad hoc convenire, quoad hoc ergo non est dissensio inter Scotistas & Thomistas, sed solum quod communiter talis unitas formalis, eandem distinctioem ab unitate singulari, negant enim esse ab ea distinctam, non realem, cuius oppositum docent Scoti, & hoc totum bene notavit Suarez loc. cit. peritiores itaque Thomistae, & praesertim Cajetanis, nobiscum in hac conclusione conveniunt, ad quam adducit Doctor 2. dist. 3. quaest. 1. plures rationes, quae infirmul probant unitatem formalem naturae esse unitatem realem, & minorem

minorem unitate numerali contra Nominales, & eius communitatem esse realem contra Thomistas, non quidem per inexistenciam, sed per solam indifferentiam, ut dictum est quæst. præced. & adhuc quæst. sequent. magis explicabitur; & quidem hanc unitatem formalem esse minorem unitate numerali utro concedunt & ipsi Thomistæ eam admittentes, & ostenditur evidentem, quia unitas numerica nullam permittit divisionem in alias partes subiectivas, unitas autem formalis eam permittit; sed præterea probat Doctor hanc unitatem minorem numerali esse realem, & a parte rei convenire naturæ contra Nominales id negantes, idque probat pluribus rationibus, quas etiam adducunt Canon. 1. Phyl. quæst. 6. & Trombet. 7. metaph. quæst. 8. art. 2. & alii Scotistæ passim, ego efficaciores hic referam, & defendam.

140. Primum, relationes primi modi idem, simile, & æquale cum sint æquiparantiz fundantur super unum, five super unitatem; ergo cum sint reales, unitas, in qua fundantur, & est ratio proxima fundandi illas, erit realis, ratio enim non est realis, nisi habeat fundamentum reale, & rationem proximam fundandi realem, tunc subsumo cum Scoto, ista unitas non potest esse numeralis, quia nihil unum, & idem est simile sibi ipsi, ergo erit unitas minor ipsa; hæc ratio licet non valde concludat contra Nominales negantes huiusmodi relationes esse reales, valet tamen contra quosdam veteres Thomistas Hervæistas, qui cum Hervæo admittunt inter plura individua ejusdem speciei relationem realem similitudinis, seu identitatis essentialis, & negant talem relationem fundari in aliqua unitate naturæ minori, quam sit numeralis, sed volunt fundari in unitate singulari unius individui, & terminari ad unitatem alterius, & ajunt, opus non esse ponere unitatem naturæ in utroque extremo similitudinis, quia illa extrema sunt seipsa, & per suam entitatem similia. Hæc, inquam, ratio mirabiliter illos convincit, quia duo individua in singularibus sunt omnino dissimilia, ideoque unitates singulares sunt rationes fundandi dissimilitudinem, non vero similitudinem, ut bene urget Lichet, & Tromb. tum quia tunc similitudo non fundaretur super unum, sed super duobus contra Arist. textum; tum quia in divinis est perfectissima similitudo ob perfectissimam naturæ unitatem non solum formalem, sed etiam numeralem, cum ergo in creaturis talis unitas numeralis naturæ non possit poni in pluribus, saltem non debet unitas naturæ formalis, quæ sit minor numerali. Potest etiam hæc ratio aliquo pacto Nominales urgere; quævis enim dicant hæc relationes rationis, quia tamen nondum esse temere fabricatas ab intellectu, sed cum fundamento in re, plane aliud fundamentum sufficiens ad id potest assignari, nisi unitas naturæ minor numerali, nam ut probatum est unitas singularitatis est potius fundamentum dissimilitudinis, quam similitudinis.

Resp. Recentes, præsertim vero Morillanus, & Averis & Suarez fallam esse huiusmodi rationes fundari super aliquam unitatem, quæ in rebus existat, quia similitudo non dicit unitatem, sed potius in terminis involvit distinctionem eorum, quæ sunt similia, & etiam illis entitatis, in qua assimilantur, quia idem non est sibi ipsi simile; immo addunt neque apud Grammaticos nomina convenientiæ similitudinis, & æqualitatis significare unitatem, sed tantum commensurationem duorum inter se, quatenus in uno individuo est aliquid, ut in Petro, cui simile aliquid, & commensuratum non est in Paulo, atque ita dicunt Arist. 5. Metaph. 20. acceptibile unitatem fundamentaliter, scilicet per convenientiam illa, quæ a parte rei reperitur inter individua speciei ejusdem, hæc enim est fundamentum; unde postea intellectus fabricat unitatem illam formalem plurium naturarum inter se similitudinem unico conceptu sibi representando illas; & cum dicitur Petrum, & Paulum esse ejusdem naturæ, ajunt illam modum loquendi accipi ex modo nostro concipiendi, quo duas essentias distinctas similes tamen, uno conceptu formali nobis representamus, non quasi a parte rei sit inter illas aliqua realis unitas, aut identitas, quia similitudo rationis numero vocamus eadem numeros, ex quo tamen non sequitur verè esse eadem numero v. gr. dum dico in officina Typographi existens istum librum habeo in meo Mulæo, vel hunc florem habeo in horto meo id est similem, licet numero distinctum. Et ad corrigendum imaginationis errorem fundatum in hoc vulgari modo loquendi ostendunt apertis exemplis dari similitudinem, & realem convenientiam sine unitate reali; primo quæ singularitates v. gr. humanæ naturæ sunt similes, nam utraque secundum Scotum est modus extrinsecè determinans naturam communem, & amque reddens incommunicabilem, nulla tamen est realis unitas inter illas, cum sint modis omnino simplicibus; secundo Deus convenit cum creatura in aliqua ratione entis realis, quæ consistit in eo, quod aliquid sit extra nihil, nulla tamen est realis unitas inter Deum, & creaturam, sed de totis distinguuntur; tertio res persone divine sunt similes in ratione personæ, seu suppositi naturæ rationalis, realiter tamen de totis sua simplicissima entitate distinguuntur.

141. Hæc est doctrina, quæ prætendunt Recentes solvere omnia argumenta Doctoris, quibus intendit loc. cit. probare dari unitatem naturæ realem, quæ sit minor numerali, a juncque illa non probare, nisi hanc puram unitatem similitudinis, & conformitatis, quæ a parte rei reperitur inter plura individua ejusdem speciei, non autem aliquam naturæ unitatem communem antecessentem, quæ sit fundamentum talis similitudinis, & conformitatis, ut Scotus contendere videtur; quam doctrinam, & solutionem undequaque approbat, & recipit Poncius Scotista disp. 3.

Log. quæst. 2. concl. 4. ubi dicit naturam humanam, quæ reperitur in Paulo non habere aliam unitatem a parte rei cum natura, quæ est in Petro, & alius individuis ejusdem naturæ, quam unitatem similitudinis, & conformitatis, aut representabilitatis per eundem conceptum formalem, & num. 42. in fine concludit iuxta hoc intelligendam esse unitatem formalem, & minorem numerali, quam asserit Doctor in 2. disp. 3. quæst. 1. nec aliam unitatem probare argumenta Doctoris. Ceterum hoc est recedere a communitate Scoti, & Scotistarum tam Veterum, quam Recentiorum, & pedibus juncis ire in sententiam Nominalium, vel Thomistarum Hervæistarum, qui aliam unitatem non agnoscunt naturæ communis in individuis, quam puram unitatem similitudinis, & conformitatis; & ceteri Doctor loc. cit. aliquid amplius probare voluit, quam solam unitatem similitudinis, & conformitatis, quia hæc gratis admittere Adversarii, cum quibus disputabat, nam ex hæc similitudine, & conformitate reperitur rei inter plura individua ejusdem speciei contendit deducere unitatem unum posset intellexit abstrahere a Petro, & Paulo, quam a Petro, & Brunello; probatur consequentia pari, lignum bipalmare æquale dicitur alteri ligno bipalmari, & secum convenire in quantitate, quia si Deus auferret quantitatem unius, & in alio reponeret, & c. contra, adhuc æqualia forent in quantitate; album A, dicitur simile albo B, quia si Deus albedinem A, poneret in B, aut e contra, adhuc familia forent; ergo pariter duo individua ejusdem speciei similia substantialiter inter se dicuntur, quia est aliqua entitas in uno, quæ quantum est de se posset esse in alio, illudque in esse ejusdem rationis constituitur, & c. contra; quod si nulla talis entitas reperitur in uno, & in altero, ceterè non videtur ex quo capere atendi debet convenientia unius cum alio, quam cum altero quantumvis disparato; ergo convenientia, & similitudo supponit necessarium unitatem aliquam realem, in qua fundetur, non quidem talem, quæ una entitas realis sit eadem in duobus individuis hoc enim est falsum, & impossibile in creatis, quia quod realiter est in uno, illud idem non est realiter in alio, sed talem quod in duobus illis individuis rei entitates aliæque utique inter se realiter distinctæ, & divise, ita tamen omnino ejusdem rationis, ut quæ modo constituit unum, potest quantum est de se constituitur illud in eodem esse specifico, & hæc est illa unitas indifferentiæ, & formalis, quam dicit Scotus concomitari naturam, velut ejus propriam passionem, & in hoc sensu Petrus, & Paulus possunt dici unum, non quia sit una, & eadem natura realiter in utroque; per inexistenciam, quæ eadem per indifferentiam; quatenus, quæ modo est in uno, posset quantum est ex sua formali ratione esse in alio, licet modo impediatur ab identitate reali cum hæc singularitate, vel illa.

144. Imò idipsum potest aliquid ostendi ex illo eodem exemplo, quod Adversarii adducunt, cum enim designandum librum in officina Typographi existentem dico, habeo hunc librum in meo Mulæo, vel hunc florem in horto meo, sensus est utique; quem ipsi dicitur, habeo similem librum vel florem, sed talis similitudo fundatur super aliquam unitatem, nimirum similitudo libri supra unitatem Autoris, & similitudo floris supra unitatem specificam accidentium figure, scilicet coloris, odoris, & c. ergo pariter in proposito similitudo substantialis duorum individuum super aliquam unitatem realem naturæ fundari debet, quæ saltem sit unitas indifferentiæ. Neque instantia illæ faciunt ad rem, quibus etiam satisfactum est supra 143. loquimur enim hic de similitudine reali duali, & positiva, qualis est illa, quæ inter duo individua ejusdem speciei reperitur, talis autem non est similitudo, quæ inter Deum, & creaturam invenitur in ratione entis, inter Patrem, & Filium in divinis ratione personæ, & inter duas singularitates in ratione determinantis naturam, sed est similitudo solum fundamentalis, & virtualis, ratione cuius ab illis abstrahi potest conceptus inadaquatissimus, in quo confusè representatur, & ad a parte rei non invenitur, nisi negatio negationis realis dissimilitudinis inter Deum, & creaturam in ratione essendi, inter hæc entitates in ratione determinandi naturam, & c. Dices quæ similitudo inter Deum, & creaturam in ratione essendi non est dualis, & positiva, bene tamen similitudo inter bovem, & hominem in ratione sentiendi, cum tamen nullo operante intellectu eodem modo convenire videatur Deum, & creaturam in ratione essendi, ac bos, & homo in ratione sentiendi? Resp. ad hoc rationem in promptu, quia species, & individua non sunt primo diversa, sed aliquid idem entia, id est in aliquo realiter convenientia, & idem fundant inter se similitudinem positivam, ad Deum, & creaturam, duas hæc entitates, & divinas personalitates, cum sint ultimo constitutiva sint inter se primo diversa in realitate, atque idem fundare negationem realem, & positivam similitudinem, sed ad modum puram negationem dissimilitudinis. Dices iterum, quare Deum, & creaturam, due item hæc entitates, hæc entitates sunt ultimi modi determinantes naturam, ideoque non amplius resolvable in posteriores modos, & realitates, omnis siquidem differentia differentium debet tandem reduci ad aliqua primo diversa ex 5. Metaph. non autem sic se habent bos, & homo, Petrus, & Paulus, cum enim inter se proprie differant, consequenter etiam in aliqua realitate convenire debent, quia differentia sunt aliquid idem entia ex 5. Metaph. loc. cit. hæc rationem ex similitudine, & conformitate individuum deducam plus cæteris ampliavi, ut ostenderem unitatem formalem naturæ non bene explicari a Recentes.

centioribus per puram unitatem similitudinis, sed consistere in aliqua unitate præcedenti, quæ est fundamentum ejus.

145. Secundo, principaliter generans univocè realiter convenit in natura cum genito, ut patet de igne generante ignem, & certum est, quod non conveniunt in aliquo uno numero, ergo convenit realiter in aliqua forma communi, quæ est ratio realis convenientiæ in utroque, ergo datur unitas naturæ minor unitate numerali. Respondent eodem modo, quod quando dicitur generans, & genitum univocè habere unitatem naturæ, debet intelligi de unitate conformitatis, ita ut sint nature conformes, non autem de unitate indivisionis; quasi in utroque sit eadem realiter natura.

Sed hoc requiritur ex proximè dictis. Accedit, quod neque nos dicimus generans, & genitum ita convenire in natura, quia si eadem realiter entitas sit in utroque nec per unitatem formalem nature intelligit Doctus unitatem huiusmodi indivisionis, imò vult naturam generantis, & geniti esse in se realiter, ac entitativè distinctas; quia tamen qualiter formaliter in se indivisa potest esse secundum se in pluribus individuis distinctim, & hoc, vel illud indifferentem constituerent in eodem esse specifico; idem naturam appellat in se unam quadam unitate minori, quam sit numeralis, & hæc etiam ratione duo individua ejusdem speciei dicuntur unum in natura, quia natura ejus quantum est de se potest aliud constituitur, & c. contra, non autem quia natura utriusque sit una, & eadem indivisa entitas. Et hæc in genere est unitas formalis, quam Scotus intendit tribuere nature secundum suam essentiam, ut bene notavit Aureol. 2. d. 9. art. 2. ubi sub his verbis sententiam Scoti refert: quidam Doctores moderni distinguunt de triplici unitate, quædam enim est unitas singularis, cui repugnat contradicitoriè plurificari, & concepti universaliter; alia est unitas universalis, quia dicitur, quod univocale est unum in multis, & hæc unitas non est aliquid rei, quia secundum Damascenum nulla res est, quæ sit eadem in pluribus præter essentiam divinam, & rediret etiam opinio Platonis, & ideo illa unitas non est prima, nec fundatur immediate super unitatem singularitatis, quia illi repugnat concepti universaliter, ergo requirit aliam unitatem in re, quam singularis, & illa est unitas, quæ dicitur unitas, cuiuslibet indifferentiæ, id est nature indifferentiæ ad hanc unitatem numeralis, & illa, & super illam fundat intellectus unitatem universalitatis, quæ concepti unum in multis, & pro tanto etiam unitas istius dicitur unitas indifferentiæ, quia potest esse universalis in conceptu, & potest esse hæc signata per intellectum, sed neutrum horum habet per essentiam propriam, nam universalitatem habet per adum intellectus, quod autem sit hæc signata, habet per differentiam individualem, quæ facit eam hanc, & hæc est secundum illos unitas, quæ est minor unitate numerali, & major unitate rationis; ita Aureol. ex quibus patet, Recentes non satis percipere Scoti mètè de unitate formali nature.

146. Tertio, unius oppositionis realis sunt duo extrema realia, contrarietas est oppositio realis, ut patet, quia unum realiter deservit, & corruptum aliquid circumscripto omnino extremum huius oppositionis realis, ut est extremum, est unum aliqua unitate reali, non autem unitate numerali, quia tunc præcisè hoc alium esset primum contrarium huic nigro, vel præcisè aliud alium, quod est inconveniens, quia tunc essent tot contrarietates primæ, quod indivisa contraria.

Respondent Nominales cum Ocham, quod loquendo de oppositioe reali in re, non sunt duo tantum extrema oppositionis realis, sed sunt multa, unde hæc albo, & hæc nigro opponuntur, & desit illa albo, & illa nigro opponuntur realiter, & de his est præcisè verum, quod unum contrarium corruptum reliquum, & utrumque illorum est unum numero. Contra, non per id evacuat difficultas, quæ procedit de primis extremis, certum utique hæc, & illam albedinem opponi huic, & illi nigredini, & de invicem corrumpere, sed falsum est hæc esse prima extrema oppositionis, non enim albo contrariatur nigredini, quia hæc albo contrariatur illi nigredini, sed e contra, ergo albo ut sic contrariatur nigredini, ut sic, non autem hæc albo illi nigredini. Certum est, omnes, & singulos colores omnibus, & singulis frigiditatibus opponi, quaritur tunc, quæ sit ratio talis oppositionis in ipsis, vel enim est singularitas in calore, vel natura coloris, ut sic primum, quia vel singularitas res sunt ejusdem rationis, & sic contrariatur huic calori in ordine ad hoc frigus, non convenit alteri calori in ordine ad aliud frigus, si primum habetur intentum, quia ipsa natura coloris, quæ in omni calore includitur, erit una ex natura rei unitate specifica. Demum quicumque calor contrarium per se opponitur, & e contra; vel ergo id illis per se convenit, vel per accidens, non secundum, quia tunc nullum contrarium per se opponitur alteri; si primum, habetur propositum, quod enim convenit pluribus singularibus per se ex natura rei, convenit eis per rationem alicujus communis ex natura rei ex 1. Posterior. c. 5.

147. Quarto, unius actionis sensitivæ, v. g. visus est unum obiectum secundum aliquam unitatem realem, sed non secundum numeralem, ergo datur aliqua unitas minor numerali; major patet, quia actio sensus terminatur ad aliquod unum existens a parte rei. Probatur minor quia potentia cognoscens obiectum, ut unum unitatem numerali, cognoscit ipsum inquantum distinctum a quolibet, quod non est eadem unitate numerali unum, quia si poneretur duo quanta, quæ essent omnino similia, & æqualia in albedine, & quantitate, ut duo ova, visus nesciret illa distinguere; ergo illud cognoscit, ut unum alia unitate minori, quam sit unitas numeralis. Meurifre lib. 2. hæc.

Metaph. cap. 3. q. 4. censet per hanc rationem non probari efficaciter unitatem formalem naturæ, sed tantum unitatem similitudinis, & confusions, licet enim sensus hæc duo objecta non distinguat, non sequitur tamen esse distincta, quæ licet habeant etiam illam unitatem realem minorem unitate numerica, non videtur tamen fratribus talis unitas ex illa unica actione sensus, quæ illa duo objecta propter omnimodam similitudinem, ac si essent unum, confusè percipit. Immerito tamen carpit Meurisse hanc rationem, ut in eam ad probandam unitatem naturæ minorem numeralem, illa enim duo objecta, quæ a sensu percipiuntur, ut indistincta, utique sunt a parte rei distincta quoad conditiones individuales, quæ sensus non attingit non tamen quoad naturam specificam, quæ ratio motiva ipsius; sequitur ergo bene, quod si sensus illa duo objecta non distinguat, non sunt distincta a parte rei secundum rationem specificam, per quam moventur, licet sint distincta secundum rationes individuales, & ideo argumentum bene probat unitatem naturæ minorem numeralem. Tum quia si probat inter illa duo objecta unitatem similitudinis, & confusions, probat consequenter unitatem formalem naturæ, quia similitudo duorum individuorum præcisè in tali unitate fundatur, ut constat ex deductione primæ rationis, quæ enim assimilatur utique in aliquo communi assimilari debent, & quæ confunduntur, debent confundi in aliquo tertio omnibus communicato, si enim in aliquo non communicant, non videtur, quo pacto possint apparere confusa.

Respondent itaque Nominales cum Ocham negando minorem, ad probationem negant maiorem, quia ad cognitionem discretivam unius ab alio plus exigitur, quam requiratur ad cognitionem illorum apprehensivam, & sensus bene apprehendat objectum suum sub ratione singularitatis sic, quod ratio singularitatis terminat apprehensionem, tamen sensus non habet, quod possit discernere inter illa duo objecta. Sed hoc bene rejicit Lichet, certum est enim, quod si cognosco A distinctè, & sub propria ratione, quæ est A, quod cognosco ipsum, ut est actus distinctus a quolibet alio, quia sicut A, sub sua ratione formali acceptum distinguitur alio quocumque ita cognoscens A, sub tali ratione distincta distinguitur illud a quolibet alio, quod non est ipsum, imò videtur oppositio in adjecto cognoscere A distinctè, & sub propria unitate, & non cognoscere illud, ut distinctum a quolibet alio, quod non est ipsum, quia cognoscere illud ut unum, non est nisi cognoscere illud, ut indistinctum a se, & distinctum a quolibet alio, quod non est ipsum.

148. Quinto, si omnis unitas realis est numeralis, ergo omnis diversitas realis est numeralis, consequens est falsum, ergo, &c. Probatur consequentia, tum quia unum, & multa, idem, & diversum sunt opposita, & quot. modis dicitur unum oppositorum, totidem dicitur, & reliquum 1. Top. tum quia unum est illud, quod est indistinctum a se, & distinctum a quolibet alio; ergo eodem modo, quo aliquid est unum, erit ab alio diversum, saltem vero consequentia patet, quia tunc omnia essent æquæ distincta, quia omnis diversitas numeralis, in quantum numeralis est æqualis, notæ dicit, quod sicut unitas generica, vel specificata non datur a parte rei formaliter, sed tantum fundamentaliter, sic etiam distinctio. Quia distinctio inter species distinctas est formalis, & actualis, non minus, quam sit inter res numero distinctas, non autem virtuales, & fundamentalis dumtaxat.

Respondent Recentiores concedendo consequentiam, & negando falsitatem, si diversitas per distinctionem, & divisionem sumatur, sic enim Petrus non est magis a Paulo distinctus, quam ab equo, & Sole, cum tam sint plures entitates natura Petri, & Pauli, quam natura Petri, & Bucephali, at si diversitas per disconvenientiam sumatur, & dissimilitudine in natura, sic negat consequentiam, ita enim maior est diversitas inter Petrum, & Bucephalum, quam inter Petrum, & Paulum, quia ubi Petrus, & Paulus sunt solus essentia plures Petrus, & Bucephalus non solum sunt essentia plures, sed insuper diversæ, & dissimiles. Contra sic argumentor, disconvenientia realis naturarum, quæ est in Petro, & Bucephalo arguit illa esse diversa nedum realiter, sed etiam essentialiter, vel ut alii dicunt, arguit in illis nedum distinctionem formarum, sed etiam formalem, ergo si talis divisio, & distinctio essentialis, & formalis datur a parte rei dabitur etiam a parte rei consimilis unitas, & indivisio, quia quot modis dicitur unum oppositorum, &c. Conf. a parte rei Petrus, & Bucephalus dicitur nedum materialiter, & realiter, sed etiam formaliter, & essentialiter divisa propter disconvenientiam naturarum, quam fundant; ergo a parte rei Petrus, & Paulus erunt, non quidem realiter, & materialiter, sed formaliter, & essentialiter indivisa propter convenientiam, quam habent naturarum. Nec valet responsio, quod Petrus, & Paulus sunt magis unum a parte rei, quam Petrus, & Bucephalus sumendo unitatem pro convenientia, non pro indivisione, quia æquæ divisa sunt in entitate Petrus, & Paulus, ac Petrus, & Bucephalus. Non valet (inquam) quia licet verum sit esse æquæ divisa realiter, & materialiter, non tamen sunt æquæ divisa formaliter, & essentialiter, atque ideo eodem modo a parte rei sunt essentialiter indivisa Petrus, & Paulus, sicut essentialiter divisa Petrus, & Bucephalus.

Postremo, in quolibet re individua præter entitatem singularitatis invenitur entitas naturæ, quæ non est de se hæc, & ergo sicut illam sequitur propria unitas numeralis, quæ explicatur a nobis per indivisionem in plura singularia, ita entitas naturæ sequitur propria unitas realis appellata formalis, eo quia est ipsa entitas naturæ secundum se in pluribus possit esse individuis, est tamen in se

formaliter indivisa, & indivisibilis per differentias essentielles, consequens probatur, quia omnes entitates sua consequitur unitas ei proportionata, cum unitas sit affectio entis, ita dicitur Doctor 2. d. 3. quæst. 6. d. 6. Ad questionem alias adhuc Doctoriones ad idem vide apud Lichet. 2. d. 3. quæst. 1. ubi illas bene defendit a solutionibus Ocham, & alias etiam apud Bassolas. d. 12. quæst. 4.

149. Dico tamen formalem naturæ unitatem non tantum ratione, sed ex natura rei formaliter adualiter distingui ab unitate numeralem. In hac conclusione a nobis discrepant Thomistic recentiores, qui nobiscum in precedenti convenient, quamvis enim tribuant a parte rei unitatem formalem naturæ, quæ sit minor numeralem, negant tamen ab ea fecerit ex natura rei formaliter, quod solum ratione distingui ad numerum ratiocinata, ut est videre apud Suarez disp. 6. Metaph. sect. 11. n. 10. Complud. disp. 3. log. 2. sequitur tamen ex dictis 9. 3. ubi sic probatum est naturam in Petro y. g. distingui, formaliter ex natura rei a Patreitate, licet cum ipsa realiter identificetur, sic in proposito consequenter est asserendum, quod unitas formalis, quæ consequitur naturam per modum propriæ passionis, formaliter distinguitur ab unitate numeralem, quæ sequitur hæc exita, unde omnes rationes probantes distinctionem formalem, & actualem ex natura rei naturæ ab hæc exita debent induci possunt in præsentem ad probandam eandem distinctionem unitatis formalis a numeralem. Imò hoc ipso, quod fatetur Thomistic unitatem naturæ esse realem, esse, minorem unitate numeralem, fateri quoque debent esse ex natura rei formaliter adualiter ab ea distinctam; nam si ex natura rei, & a parte rei non est ad numeralem formaliter distincta, ergo in sua pluralitate non est a parte rei minor ipsa, cum enim a parte rei ponatur prioris eadem cum ipsa, æquit participare a parte rei prædicatum repugnans omnimodæ unitati numeralem; at ergo negari debet hanc unitatem formalem esse a parte rei minorem numeralem, aut hoc asseritur, debet consequenter asseri a parte rei distinctam ab ipsa, non quidem distinctione reali, ac entitativa, sed distinctione formali media inter realem, & rationis, quam dari suppono ex dictis disp. 6. d. distinctionibus. Dices, Suarez alioq; Recentiores ultrò concedere unitatem formalem non esse a parte rei minorem unitate numeralem, sed tantum ut subsistat conceptui nostro, sed ex conclusione precedenti constat id falsum esse, & etiam ex qu. 4. ubi probatur communitatem convenire naturæ a parte rei, unde a parte rei unitas ipsam consequens ponenda est minor unitate numeralem.

Præterea probatur ex jam dictis præsertim probando præcedentem concl. quia nihil omnimodè ex natura rei potest esse proxima ratio fundandi relationes oppositas, scilicet identitatis, & diversitatis, cum igitur proxima ratio fundandi identitatem inter Petrum, & Paulum sit unitas formalis naturæ, & ratio fundandi diversitatem sit unitas singularis, plane sequitur falsam ex natura rei ab invicem distingui. Tum quia implicat omnino intelligere, quod Petrus, & Paulus sint inter se idem, & diversi sine ulla distinctione ex natura rei saltem in fundamentis proximis. Tum quia unitas, penes quam attenditur generatio univoca, distinguitur ex natura rei ab ipsa, penes quam non attenditur, sed illa est unitas naturæ formalis, hæc autem est unitas singularis, ergo &c. Tum quia in unitate naturæ potest fieri comparatio, ex 7. Met. 29. in unitate autem numeralem nulla potest fieri comparatio, quia unum, & idem sibi comparari non potest, ergo sit distinctè formaliter unitates. Tum quia quando due unitates ita se habent, quod una eam ex natura rei fiat cum multitudine opposita alteri unitati, illæ due unitates saltem ex natura rei distingui debent, sed unitas formalis, & numeralis ita se habent, quia duo numero multiplicata, ut Petrus, & Paulus dicuntur inter se unum, licet unus dicitur idem cum alio quoad unitatem formalem naturæ, ergo, &c. Tum tandem, quia genus individui numeralem aliud est ex natura rei ab indivisione formali, quia una est indivisio principii formalibus, alia solum in individualibus; ergo, & unitas numeralem distincta erit ex natura rei ab unitate formali, quia unitas, vel in indivisione consistit, vel saltem eam necessitudo comitate. Solutiones autem, quas his rationibus solent adhibere Adversarii reici debent eodem modo, quo reiectæ sunt in precedenti conclusione ad similia argumenta, a unde hæc deducuntur.

ARTICULUS II.

Objectiones in oppositum solvuntur.

150. PRIMò. Contra 1. concl. præced. art. obicit Aversa qu. 3. sect. 7. probans naturam in sua essentia non esse formaliter unam positivè, quia natura in statu essentie habet tantum prædicata primi, vel secundum modi; sed unitas hæc inter prædicata essentialia natura reperitur, nec necessario illam concomitatur, quoniam natura est in suis individuis multiplicata, atque divisa, ergo, &c. Tum 2. repugnat naturæ convenire unquam oppositum eorum, quod illi in sua essentia conveniunt, sed in singularibus convenit illi diviso opposita unitati, ergo, &c. Tum 3. divina natura, quæ est secundum se, & essentialiter unita, dividi non potest, sed unita est in omnibus personis, cum ergo unitas non conveniat naturæ in omni statu, quia in statu existentie non convenit, sequitur non convenire illi secundum se. Tum 4. quævis convenit naturæ in statu essentie simul cum illa ad inferiora descendit, hinc communicatur, ergo repugnat in terminis dicere unitatem convenire naturæ in statu essentie, & non simul cum illa ad inferiora descendere. Tum tandem arguit

arguit Joann. de S. Thom. quia unitas positiva tunc absolute, & simpliciter est unitas, quando non solum negat divisionem ex natura rei, sed relinquit subiectum, seu entitatem ex omni parte indivisam, & determinatè reductam ad unitatem, si enim ex aliqua parte relinquit locum divisioni, vel pluralitati solum secundum quid erit unum, non simpliciter, sed natura considerata secundum se non habet ex omni parte sublatam divisionem, nec remove omnia principia pluralitatis, quia secundum se est indifferens ad pluralitatem, vel unitatem, & determinatè neutrum sibi vindicatur, ergo, &c.

Resp. facile ad hæc omnia ex dictis supra num. 132. quod sicut datur diversi gradus entis, ita quoque diversi gradus unitatis realis proportionatur, nec quæcumque unitas cuiusvis motus multitudine, vel divisioni opponitur, sed solum cum ea, quæ sibi correspondet in eodem gradu entis, nimirum unitas individualis pluralitati individuali, & formalis formalis, non autem formalis individuali, quia quo magis est minor unitas maiorem secum admittit divisionem; ex qua doctrina manent soluta omnia argumenta Averrois, quia verum est naturam descendere ad individua, & ipsa dividi retinendo secum formalem naturam, quia hæc unitas bene stat cum pluralitate individuali convenit ergo naturæ etiam in statu existentie ipsa formalis unitas, nec ista destruitur per pluralitatem individuum, ut magis constat art. seq. Ad ultimum constat ex dictis num. 134. probare tantum naturam non esse simpliciter, & absolute, seu maxime unam, scilicet numericè, quia secum aliquam admittit divisionem in singularibus per principia nempe materialia, non tamen probat, quod non sit positivè una in suo ordine, nimirum aliqua unitate minori, quam sit individualis.

151. Secundo contra 2. conclusionem inquit Fonseca, cit. probans unitatem naturæ posse dici numericam, unitas, quæ convenit naturæ communi, est incommunicabilis pluribus, quia sicut in ipsa natura, ergo dicitur debet numeralem, nam unitas numeralem constituitur per incommunicabilitatem ad differentiam unitatis formalis quæ communicabilis est. Conf. quia ubique conceditur numerus debet concedi unitas numeralem, quæ hinc unitas confugit numerus, sed in natura communibus datur numerus, datur enim tot species, decem genera, ergo unitas naturæ communis dici debet numeralem.

Resp. Aversa cit. naturæ in statu essentie non convenire aliquam unitatem, quæ non communicetur singularibus, quia apertè repugnat dicere aliquod prædicatum convenire naturæ in statu essentie, & non communicari singularibus. Ceterum est verum sit unitatem formalem naturæ aliquo etiam modo individuū communicari, nam Petrus v. g. non solum dicitur in se individualiter unus, sed etiam formaliter, & essentialiter, quatenus per principia essentialia unitatem sit unitas singularis, plane sequitur falsam ex natura rei repugnet aliquod prædicatum convenire naturæ in statu essentie, & non communicari singularibus; quod ideo dicitur fuit quædam prædicata, quæ ponunt differentiam inter naturam, & singularitatem, & præcisè conveniunt naturæ, ut supponit simpliciter, ut y. g. communis realis naturæ, hoc n. prædicatum, & alia similia singularibus non communicantur, neque enim Petrus dicitur communis pluribus, unde etiam unitas ipsa formalis licet singularibus communicatur, quatenus indivisio quædam per principia essentialia, non tamen communicatur illis, quatenus communis, & minor unitate numeralem, ut dictum est supra n. 98. Tamen quicquid sic de hoc pro solutione argumenti sufficit negare asserptum, quia unitas formalis naturæ aliquo modo communicatur singularibus. Ad Conf. jam supra dictum est n. 138. numeri naturarum non esse prædicamentalem, qui propriè est unitatis numericis consurgere solet, sed transcendentelem, qui ex unitatibus etiam formalibus consurgere potest.

Tertio contra 3. concl. ferunt multa à nominalibus obicit contra unitatem naturæ, sed quæ potius faciunt contra unitatem formalem naturæ in statu essentie, & ut reperitur in singularibus divisa, quæ in statu essentie, ideo pertinent ad quæst. seq. ubi queritur, num natura etiam in inferioribus divisa fuerit, ut per se malem unitatem; unde hæc tantum illa aducuntur argumenta, quæ ejus unitatem formalem evterere videntur absolute tam in statu essentie, quam essentie omnientis extra intellectum est singularis, quia unitas formalis datur tantum in intellectu, ergo nulla datur a parte rei unitas formalis minor numeralem; consequ. patet, quia sicut res habet ad entitatem, ita quoque ad unitatem. Tum 2. quia si natura specifica suam habet unitatem formalem numeralem minorem, etiam, & generica ob eandem rationem, quod tamen falsum est, quia in genere latent æquivalentes 7. Phyl. 29. & hoc ipsum Doct. expressè negat 2. d. 3. q. 1. lit. B. ubi ait genus non habere talem unitatem. Tum 3. quia talis unitas esset communis pluribus, & sic natura secundum hæc unitatem posse pluribus communicari, quod in natura creatæ est impossibile, cum hoc tantum sit proprium naturæ divinæ, quæ un. & eadem in pluribus suppositis reperitur. Tum 4. si est aliqua unitas realis minor unitate numeralem, ut est aliquis in eodem uno numeraliter, aut in aliquo alio non primam, quia quicquid est in eodem numero est unum numero, nec est in duobus, quia in eis nihil est unum numero realiter, cum hoc proprium suppositis divinis. Deum urget Hart. d. 5. Met. sect. 9. non possit dari unitatem formalem mediam inter unitatem figuralem, & universalem, sicut non datur natura habens statum medium inter figuralem, & universalem, nam vel spectatur, ut singularis, & sic utique datur a parte rei, vel cum sola unitate singulari, vel concipitur confusè, & ut universalis, & sic utique habet unitatem universalem, sed tantum in intellectu.

Mesfr. Metaph. P. 2. Tom. V.

152. Resp. ex Scoto 2. d. 3. q. 6. §. 6. Ad questionem, lit. E. aliquid posse dici singulare, & unum numero tripliciter primo, & per se, ut distinctum individualis; per se, sed non primo, ut ipsum individuum, denique per accidens, & denominative ut ipsa natura communis in individuo existens, quæ secundum se considerata, & secundum propriam essentiam, ut ab individuatione distincta, non est de se hæc, sed communis per indifferentiam, quatenus de se repugnantiam non habet, ut sit sub alia singularitate, & sic habet unitatem minorem unitate numeralem, quæ rei, quæ per se est una unitate numerica, omniò repugnat sub alia singularitate. Sed inquit, quia ly *secundum se*, vel dicit naturam solitariè consideratam, & ita non ly *ad partem rei*, sed per intellectum, atque adeo habet unitatem per intellectum; vel ly *secundum se* negat affectionem eam individui, atque adeo non dicit solitudinem, & sic erit singularis. Resp. ex dictis supra num. 35. utique ly *secundum se* non accipi debet negativè pro eo, quod solitariè, & non cum aliis; quia sic utique non existit natura a parte rei, sed tantum in intellectu; sed solum debet positivè, ut dicit prædicata essentialia, tam primi, quam secundi modi, quæ prædicata adhuc includit existentiam partem, & cum singularitate conjuncta, unde cum sub his prædicatis etiam existat a parte rei, & secundum illa distinguitur ex natura rei formaliter ab individuatione, in hoc statu adhuc est ens reale, quia licet sub his prædicatis distinguitur formaliter ab individuatione, adhuc tamen est eum ea a parte rei realiter conjuncta, ac identificata. Tum quia ut sæpius dictum est apud nos admittentes distinctionem formalem ex natura rei inter naturam, & hæc exita, sed etiam a parte rei, quia illud aliud significat nisi formalem impermixtionem conceptus unius cum conceptu alterius, esse sine realiter, & identicè permixta, unde quando intellectus considerat naturam per actum a singularitate, non facit ipse præsentationem, sed potius præsentationem jam ex natura rei factam reperit, ac intelligit, & sic status prædicatis potest dici status essentie realis naturæ, quia sub tali statu obicitur intellectui consideranda solum quoad sua prædicata essentialia; Quod si per statum essentie realis intelligitur non statum a dualitatis, sed solius potentialitatis ad existentiam, adhuc in hoc statu ens reale dici potest, quia ut constat ex dictis disp. 6. num. 45. ad esse reale factis est, ut essentia possit individuali, & existere per contractionem non autem opus est, ut adu sit in existentia, & de facto cum individuatione conjungatur, & identificetur.

153. Ad 2. conceditur sequela, ut enim constat ex dictis sup. n. 91. natura generica, cum sit prædicamentalis, habet suam unitatem formalem sibi proportionatam, sicut habet specifica, & dicitur Arist. ait in genere latere equivocationes, non absolute locutus est, quasi vellet omnem proferri unitatem a conceptu generis ablegare, sed comparativè in ordine ad speciem, quæ cum per solas differentias ultimas dividatur, longè majorem habet unitatem, quam habet genus, & sic etiam loquitur Doct. hoc est cum ait, genus talem non habet unitatem, non talem unitatem formalem absolute, sed talem qualem habet species animam a thomæ. Dices videtur sibi concedere Doct. unitatem formalem in genere non esse realem, sed rationis, & esse tantum realem in specie. Resp. Doctorem ibi argumentari tantum in specie a thomæ, in qua facilius erat demonstrare illam unitatem esse realem, quam in natura generica, in qua unitas illa formalis est longè minor, ut bene notavit Meurisse lib. 2. fuz Met. 3. c. 3. qu. 3. Ad dicendum est ex quæst. quod sicut non est inconvenciens dari in creatis naturam pluribus communem per indifferentiam, & distinctam a parte rei, sed tantum per inexistenciam, & conjunctam, quia hoc solum divine naturæ reservatur, ita quoque concedenda est illi unitas communis, ut ejus propria passio, communis, inquam, non per inexistenciam, sed per solam indifferentiam ad plura distinctam. Ad 4. respondet Rada 2. p. contro. 3. art. 1. ad 2. habere naturam unam unitatem in pluribus individuis, nec ob id assimilari divine naturæ, quia natura divina est una numero, & singularis in pluribus suppositis; non sic natura creatæ, quia hæc ejus unitas in omnibus est minor unitate numeralem, & sic etiam ex eodem Rada respondet Saxius 2. cat. disp. 3. q. 2. art. 3. ad 2. Sed ut, nam supra minus consequenter loquuntur ad sua dicta in eodem quæst. dicit communem per inexistenciam, sed tantum per simplicem indifferentiam modo explicato præc. quæst. hoc autem concessio, quod scilicet natura non sit communis pluribus per inexistenciam, consequenter concedi debet non habere unam unitatem in omnibus individuis, sed in singulari multiplicari cum sua unitate, ut constat quæst. seq.

154. Itaque respondendum est cum Scoto 2. diff. 3. qu. 9. sub liq. D. ubi argum. in terminis adducit, quod natura est prior naturaliter, quam hæc natura, & unitas propria consequens naturam, ut natura, prior est naturaliter unitate ejus, ut hæc natura, & sub ista ratione est de ea consideratio metaphysica, & assignatur definitio ejus, & sunt propositiones per se primò modo, in eodem ergo quod est idem numero est aliqua, & est realis, & illud quævis est unitas tantum, quam sit unitas numeralem, & est realis, & illud quævis est unitas tantum, quæ sit unitas realis, non est de se unum, unitate numeralem, unde concedit, quod hæc unitas realis non est aliquid entitatis existentis in duobus individuis, sed in uno, quod manifestè significat non esse unam ejus unitatem in pluribus individuis, sed in singulari multiplicari. Et cum obicitur quicquid est in eodem individuo est unum numero, respondet esse unum numero, vel primò, ut hæc exita, vel per

se, sed non primo, ut individuum ipsum, vel tandem per accidens solum, ac denominative, ut ipsa natura, quod declarat ex ipso unitatis genere, nam a pari potest argui, quod quicquid est in una specie est unum specie, color ergo in albedine est unum specie, quod argumentum eodem modo solvendum est, nempe colore in specie esse unum specie, non quidem per se, & formaliter, sed tantum denominative, & per accidens. Ad ultimum ait Saxius loc. cit. disp. 3. art. 4. ad 3. naturam communem esse per se unam per unitatem universalem licet per accidens, & determinative sit etiam una per unitatem numeralem, & loquitur fallum esse, quod unitas universalis non detur a parte rei, sed distincta ab unitate singulari, licet verum sit naturam communem nunquam a parte rei posse dari singularibus seorsum, & separatam, sed male confundit hic Auditor universalitatem cum communitate, & unitatem unitatis cum unitate formali, nam Dodor ad 3. q. 1. concedit communitatem per se a parte rei convenire naturam, ut ab individuatione fecerunt, universalitatem vero minime, sed tantum per intellectum, & unitatem, quam dicit sequi naturam, ut communem fecerunt omnino ob unitatem universalitatis, quam vult esse rationis, nec convenire naturam, nisi per intellectum, illam vero dicit esse unitatem realem minorem unitate numerali, unde re vera concedit unitatem formalem mediare quodammodo inter unitatem universalem, & singularem, quia formalis convenit ei de se, & ab intrinseco, alia vero per accidens, & ab extrinseco, nimirum unitas singularis per hæc unitatem supra dictam, & unitas universalis per opus intellectus cum concipientis usum in omnibus per inexistentialiter, unde patet, in quo sensu dici possit natura secundum suam essentiam statum quandam mediari possidere inter universalem, & singularem, quia licet inveniri non possit, nisi vel sub statu singularitatis a parte rei, vel universalitatis in intellectu, quia frangit in utroque statu suam retinet essentiam, quæ de se nec universalis est, nec particularis, sed utrumque indifferens, hoc pacto dici potest natura secundum suam essentiam statum quandam mediari obtinere inter universalem, & singularem, quia neutrum istorum est illi essentialia, & in tali statu convenit ei unitas formalis, quæ in eodem sensu mediare dici potest inter unitatem universalem, & singularem, ut bene explicat Aureolus cit. n. 145. referens opinionem Dodoris supposito nomine de unitate formali.

155 Quod autem in hoc sensu possit dici natura obtinere statum medium inter singularem, & universalem, & pariter unitas formalis possit dici media inter unitatem singularem, & universalem proprie dictam bene probat Amic. tract. 4. log. q. 3. dub. 6. art. 2. ex Maior. 2. id. 2. nam illud dicitur medium respectu aliquorum, quod secundum se neutrum sibi determinat, sed cum utroque potest hæc, nam hac ratione superficies secundum se dicitur habere statum medium inter album, & non album; sed natura secundum se formaliter una, & cum unitate singulari hæc potest, ut cum unitate universalis, quia utraque sibi accedit, ergo verè dici potest mediare cum sua unitate formali inter utramque. Confirmo quia status universalitatis non opponitur contradiçtoriæ statui singularitatis, sed contrariè, nam status universalitatis dicitur indifferens, & indeterminatus positivam ad plura, status vero singularitatis determinationem ad unum positivam, sed licet inter contradiçtoriam non detur medium, bene tamen esse potest inter contraria non solum per participationem utriusque extremi, sed etiam per negationem utriusque, & hoc modo dicimus naturam secundum se habere unitatem formalem, & secundum hanc habere statum medium inter statum universalitatis, cui repugnat determinatione præcisè ad unum, & statum singularitatis, cui repugnat multiplicatio, nam natura sub unitate formali nec repugnat multiplicatio, nec determinatione præcisè ad unum, sed in his pro Naturam, quia licet in hoc sensu dici possit natura secundum se habere statum medium, quia potest esse nunc universalis, nunc particularis, non tamen potest abstrahere ab utroque statu, sed alterum necessario habere debere. Respon. supra imò necessario secundum essentiam suam abstrahere ab utroque, nam natura secundum se habet statum realem, ut distinguitur ab ente rationis, & tamen in eo statu non necessario exigit singularitatem, aut universalitatem, quia uterque status illi per accidens convenit, unde licet necessario necessitate physica sit sub uno, vel altero statu, non tamen necessitate metaphysica.

Quarto, contra 4. conclusionem urgent Suar. cit. Ruvius qu. 3. universi. & alii probando unitatem formalem naturam non esse formaliter ex natura rei ab individuali distinctam, quia natura communis non habet esse reale, nisi in individuis, ergo nec unitatem veram, & realem, nisi in individuis, ergo non habet illam ex natura rei distinctam ab unitate numerali, probatur ultima consequentia, quia quicquid est in re individuo intrinseco, & essentialia illi, non distinguitur ex natura rei ab illo, & si natura non est ens reale, nisi in ordine ad individuationem, aliam unitatem habere non potest in re ab individuali distinctam. Tum 2. sequitur Ruvius idem est ex natura rei in Petro esse hominem, & esse hunc hominem, quia non est homo, nisi inquantum hæc humanitas veram habet humanitatem essentiam; sed per hanc humanitatem est unus homo formaliter, ergo utraque unitas formalis, & numerica est eadem res. Tum 3. quia essentia non distinguitur ab eo, cuius est, sed humanitas Petri, & quia Petrus habet formalem unitatem unius hominis, est essentia realis ipsius, ergo unitas essentia non distinguitur a numerali. Tum 4. quia si daretur in Petro talis unitas formalis ex natura rei distincta ab unitate numerica, sequitur, quod Petrus

esset duo, quia duæ unitates faciunt dualitatem, & essent in ipso duæ humanitates, una communis, altera particularis. Tum 5. omne, quod est in singulari, est singularis, ergo opus non est, imò est impossibile, quod habet unitatem ex natura rei distinctam ab unitate singulari. Demum arguitur, quia aliqui res distinctas ab unitate rei distinctas ponere debemus, in aliquo, quot sunt eja prædicata quæ distinctiva magis, & minus communia, nisi in individuo, sed negatur ultima consequentia, quod in ipso necessario habere unitatem propriam ab individuali distinctam formaliter, sicut habet propriam entitatem formaliter distinctam ab hæc unitate, sicut propriam probationem negatur assumptum, esse namque utraque de intrinseco, & essentialia ipsi individuo, verè tamen ex natura rei ab ipsa singularitate distinguitur, sicut determinabile a determinante, & ab ipso individuo constituto ratione hæc unitatis, quæ supra ipsam addit individuum, nec universaliter verum est quicquid est individuum intrinseco, esse quoque illi ex natura rei identificatum, nam materia est intrinseca, & essentialis compositio physico, a quo addit realiter distinguitur, & ad aliam probationem verum est, naturam non esse ens reale nisi per ordinem ad individuationem cum qua debet per identitatem conjungi, non tamen opus est hæc esse identitatem formalem, sed sufficit esse realem.

Ad 2. vera est major de identitate rei, non de formali, quia esse hominem, & esse hunc hominem differant sicut includens, & includendum, siquidem hic homo præter humanitatem includit quocumque hæc unitas, & ideo unitas, quæ convenit ratione humanitatis distingtur ab unitate, quæ convenit ratione hæc unitatis, potest etiam negari minor, quia per hanc humanitatem fallum est Petrus dici unum formaliter hominem, & potius enim dicitur talis per humanitatem, ut sic, & per hanc humanitatem dicitur hic homo, vel unus individualiter homo. Ad 3. plus probat, quam velint Adversarii, quia essentia neque ratione præteritum ratiocinatio distinguitur ab eo, cuius est essentia, negatur, itaque minor, quod humanitas sit tota essentia Petri, sumendo essentiam per integræ ejus entitatem, non autem per quiddam te communicabile, quo pacto species dicitur a Porphy. tota individuius essentia, in hoc siquidem sensu humanitas est tantum altera pars essentia, vel entitas Petri, & altera comparat est hæc unitas, & ideo Petrus, & ejus humanitas distinguitur, sicut includens, & includendum.

Ad 4. neg. utraq; conseq; tum quia natura, & hæc natura non distinguitur realiter, tum quia gradus communes cum singularibus non ponunt in numerum, cum per eandem hæc unitatem individuetur, ut supra dictum est, ut 70. tum quia, ut notat Tromb. Met. q. 8. art. 4. ad 1. unitas, ille duo unitatem non sunt quidem ordinis, neque inter se conformes, ideoque facere nequeunt numerum realem, sed tantum numerum realitatem quidem rei, ad hoc enim, quod pluralitas sit fundamentum diversitatis aliquorum in aliqua una ratione oportet, quod pluralitas illa accipitur, & constituitur ex unitatibus conformibus, unde non dicitur convenire, quod homo, & animal dicitur esse plura genera, aut plures species specialissimas, eo quia illa multitudine, quæ est hominis, & animalis, non accipitur in unitatibus conformibus, ad hoc enim, ut sint plura genera, vel species, & oportet utrobique accipere unitates genericas, vel específicas; ita Tromb. loc. cit. pro solutione hujus argumenti plura dicit, quam sit necessarium. Ad 5. jam paulo supra dictum est ex Scot. qui quod est in singulari esse singulare, aut per se primo, aut per se; licet non primo, ad denominative tantum, & per accidens, & ita singularis esse natura per individuationem contraria, tamen, quod est per accidens singulare, atque addit sit unum unitate singulari, potest bene secundum se esse commune, & unum unitate quadam minori unitate numerali, ut de natura contingit in proposito. Dices, singularitas non convenit homini per accidens, ergo per se, & sic etiam unitas. Resp. quod non convenit per accidens, sicut accidens subiedo, sed licet inferioris sui superioris, & differentia dicitur accedere generi, sumendo nimirum accidens pro extraneo, ut ait Dod. primo dist. 2. quæst. 7. l. Ad ultimum dicendum illud non esse inconveniens, si loquatur de quidditatibus potentialibus, quæ verè potentiales, & contrahibiles sunt; imò hoc est necessarium asserere, si salvare velimus veram, & realem compositionem metaphysicam.

157 Quinto arguunt Complut. ad idem disput. 3. Log. quæst. 4. natura, & individualis differentia non distinguitur a qualitate ante intellectum; ergo neque unitas inde conjungens, consequentia tenet, & probatur alio modo, quia ex opposito antecedentis sequitur, naturam habere a parte rei unitatem oppositivè communo pluribus, imò dari debere universalem separatam Platonis; probatur prima consequentia, quia si natura esset a parte rei distincta a singularitate, haberet propriam unitatem realem; & hæc esse deberet una in omnibus individuis, tum quia debet talis unitas esse communis, ut sit natura communi proportionata, tum quia natura licet seipsum ab habeat, unde possit multiplicari, tamen unitatem qua per unionem est individuum non amittit naturam esse unitatem, probatur altera consequentia, nam quævis natura esset unitas cum singularibus, eadem ratione illam unitatem verè esse essentiam se actu universalis, & saltem de potentia absoluta posset esse sine singularitatis; ac proinde dari posset universale Platonis separatam.

R. sp. negando assumptum, si per distinctionem a qualitate ante intellectum intelligatur distinctio formalis ex natura rei minor distinctio realis, & major distinctio rationalis, ut constat ex dis-

his quæstione tertia ad probationem negatur utraque consequentia; ad probationem primam jam negatur, talem unitatem naturam propriam esse debere unam in omnibus individuis, imò sicut natura in singulari individuo multiplicatur, sic quoque, & unitas formalis, ut constat, quæ seq. & hæc est unitas fatæ proportionata ejus communitati, sicut enim communis natura non est per inexistentialiter, sed per solam indifferenciam, ut liquet ex præcedentibus, sic, & ejus unitas non est unitas inexistentialiter, sed indifferenciam, quatenus unitas, quæ naturam habet comitari in Petro, possit eadem comitari in Paulo, & in hoc sensu natura communis retinet nam unionem etiam in individuis, ut q. seq. declarabitur. Ad probationem alterius consequentiæ negatur rursus utraque consequentia, prima quidem, quia cum illa unitas natura non sit unitas inexistentialiter, sed solius indifferenciam ad plura distinctum, non sufficit constituendum universale in actu, quod debet esse in pluribus, vel saltem posse esse proxime in pluribus, & conjunctim, ut postea patebit; altera etiam consequentia negatur, quia licet ponatur a Scoto natura communis distincta formaliter a singularitatibus, ponitur adhuc tamen identica realiter, & ideo profus implicat entem de potentia Dei absoluta ab ipsis separari.

Sexto, tandem arguit Ocham ad idem apud Liche. 2. d. 3. qu. 1. si natura esset a parte rei distincta a singularitate, ut sic haberet suam unitatem, posset intuitivè videri line hæc unitas, & sic licet unitas non esse alia unitas distincta a numerali, sed ipse numerus unitas; consequentia prima probatur, quia hæc ratione ponitur a Dodore posse divina essentia videri intuitivè sine personis, probatur altera consequentia, quia si ita videretur humanitas Petri, & humanitas Pauli, videretur, ut distincta loco, & subiecto, ergo videretur ut distincta numerica, quia illa sunt conditiones individuales.

158 Respondet Liche. loco cit. ad 6. negando primam consequentiam, quod scilicet possit a parte rei intuitivè cognosci etiam ab intellectu separato natura, prout a singularitate distincta, quia cognitio intuitiva terminatur ad per se existens in propria existentia, modo impossibile est naturam habere esse existentiam, nisi in individuo, cum sit idem realiter cum sua singularitate, quod si etiam nature propria tribuatur existentia distincta saltem formaliter ab existentia singulari, vel singularitatis, adhuc nega posse esse intuitivè videri, quia intuitiva cognitio non terminatur proprie ad rem existentem absolute, nisi talis res actu sit singularis, quia talis notitia intuitiva non videtur posse esse aliquis communis in se, & ad probationem illius primæ consequentiæ, quod scilicet secundum Scotum potest videri divina essentia non viâ personalem te, etiam si sit idem realiter, negat pariter, quia essentia divina est objectum, & se speculum voluntarium, & natura divina est ex se singularis, & existens, ad existentiam nature creatæ est objectum naturale, & necessario movens, nec est existentia singularis, sed communis, licet hæc responsio possit sustineri, tamen non videtur ad mentem Dodoris, qui 3. d. 14. quæst. 3. §. Ad quæstionem docet de natura etiam, ut abstrahat a singularitate, posse notitiam intuitivam haberi, & idem clarior habet ad 4. q. 3. ad 2. principale, ubi hæc difficultatem in terminis adducit, & solvit his verbis; si obiectum, potentia non cognoscens singulare, ut singulare, non recordatur, quia recordans cognoscit aliquid, ut hic, & nunc, quod est proprium singulari. Respondet, existentia actualis primo convenit nature, unde hæc natura non est existens formaliter, quia hæc, sed per naturam, illam autem naturam, ut existentem intuitivè cognoscit intellectus, & illa cognitio existentis, ut existentis sufficit ad hoc, quod ejus possit esse recordatio. Cum ergo dicitur potentia recordativa cognoscit hoc, ut hoc, nego, tu probas, cognoscit aliquid, ut hic, & nunc, si intelligas per hæc existens, & per hic in se præsens, concedo, quod cognoscit aliquid, ut in se præsentialiter existens, & sic ultra, & hic, & nunc sunt propria singulari, ita quod non possunt esse nature; non ut singulariter, licet enim non sit aliquid, nisi quod est in singulari singulariter intrinseca, vel adjuncta, tamen non includunt formaliter, nec præsuppositiva singularitatem, tamquam præcisam rationem, secundum quam illa infunt, ita Dod. loc. cit.

Taque pro solutione argumenti sciendum problema esse apud Dodorem, nam nature, ut distinguitur ab individuatione, propria competat existentia formaliter distincta ab existentia ipsius singulari, vel singularitatis, variè enim loquitur de hæc res, ut dictum est supra dist. 8. q. 4. ad nu. 173. si patet affirmativa teneatur, tunc ad argumentum adhibenda est solutio Dodoris jam allata, quam etiam juxta hanc viam ad idem dubium jam ego dedi, & amplius declaravi disp. 6. de Anim. q. 7. art. 2. n. 215. si verò teneatur pars negativa, quam sensu probandum est d. n. 174. tunc adhibenda est responsio, quam dedi ad eandem fore difficultatem de notitia intuitiva supra d. 6. Met. q. 17. n. 324. ubi ex professo de hæc res disputatur; alia argumenta ad hanc rem spectantia jam soluta sunt superius qu. 3. dum tuor distinctionem formalem nature ab hæc unitate.

Hanc quoque sententiam de reali communitate, & unitate nature Seraphicus Dod. S. Bon. approbavit videtur d. 18. art. 1. q. 2. ad argumenta, & eo eodem motivo, quo motus est Doctor subditis, nimirum ex reali, & actuali similitudine, quæ cernitur inter species, & individua, inquit enim solvens quoddam argumentum propè finem quæstionis. Ad illud, quod obicitur, quod considerationis physice realis est similitudo inter Petrum, & Paulum, & ita necesse est ponere aliquod tertium, in quo assimilantur, similiter inter ho-

minem, & finem realis est similitudo, & ideo consideratio physica non est vana, ita S. Dodor, ne quis autem putaret naturam communem, in quo fundatur similitudo plurium individuorum, vel specierum, esse communem per inexistentialiter, sed per solam indifferenciam, subdit hæc alia verba, nec tamen oportet ita essentias verum produci, sicut habet cognosci, sufficit enim, quod sic se habeant ad esse, sicut se habeant ad cognitionem, sed non oportet, quod sic se habeant ad productionem, quibus verbis indicat non esse eandem in omnibus naturam per inexistentialiter, sed per solam indifferenciam, quia in diversis individuis sunt termini diversarum productionum.

Q U Æ S T I O VII.

An unitas formalis conveniat nature etiam in statu existentia, & quomodo.

159 Prima sententia est negativa, quam tenent nedum Auditor, res, qui in præced. quæst. negabant unitatem nature in statu existentia, sed etiam quamplures ex his, qui aliquam unitatem concedebant nature in eo statu, quia enim existeret, nisi in individuo, nec in pluribus individuis potest existeret, nisi dividatur per hæc unitates, ideo in tali statu dicitur unitatem formalem amittere, quia in priori statu gaudebat, ita Averl. 4. Log. sect. 6. Jo. de S. Thom. 2. par. Log. 1. art. 3. Capreolus 3. d. 5. quæst. 3. art. 3. & qui a priori Thomæ Hervellæ, qui tamen licet negat naturam a parte rei individui esse formaliter unam sumendo unitatem proprie pro indivisione, illi tamen concedunt unitatem improprie sumptam, nimirum pro convenientia excludente dissimilitudinem realem, quatenus natura quælibet creata in suis individuis est a parte rei conformis, & conformis, quæ sunt communis opinio veterum Thomistarum, ut testatur Complut. disp. 3. Log. qu. 3. num. 27. & Zerbis 7. Metaph. qu. 17. §. Propter secundum, & sequitur ex nostris Poncius disput. 3. Log. quæst. 2. concl. 1. ubi natura in individuo solam unitatem similitudinis, & conformitatis concedit, & in hoc sensu explicat unitatem formalem, quam Dodor tribuit nature communi in numero numerali 2. dist. 3. quæst. 1. a qua etiam sententia non multum distat Suarez citat. disp. 6. sect. 1. quævis enim ibi in singulari individuo a parte rei unitatem formalem nature admittit aliquo modo numerali distinctam, eam tamen non admittit per modum indivisionis nature in pluribus, sed per modum ejusdem similitudinis, & conformitatis, ut explicat sub numero 12. adeo ut in virtute talis unitatis formalis unum quodque individuum possit in se dici formaliter unum, & individuum, non tamen unum formaliter cum alio, sed tantam convenientiam cum eo, vel consimile illi.

160 Huic quoque opinioni accedit sententia nonnullorum Scotistarum, quam sequitur Canon. cum Francisco de Marchia 1. Phyl. qu. 6. art. 3. §. Quantum ad 2. probabiliter cenlet Tromb. 7. Metaph. q. 8. art. 1. in hæc, & Rada contror. 3. cit. art. 1. ab initio, & asserit naturam habere suam unitatem formalem in omnibus individuis, non quidem positivam, sed privativam, vocant unitatem positivam, quæ aliqui est in se positivè unum, privativam verò vocant illam, quæ aliquid non habet unitatem sibi convenientem ratione illius, quæ unitatem formalem requirit dividendum, quibus præcisè remaneret cum sua unitate convenienti, quo pacto materia prima 1. Phylor. & 1. de Generat. dicitur a numero omnium generabilium, & corruptibilium, non quia in ea numero omnium generabilium, quia circumscriptis formis distinguuntur ipsam, haberet materia unitatem propriam sibi convenientem; sic legitur in proposito natura habet in individuis hanc unitatem privativam, quia ob conditiones individuantes non habet unitatem sibi convenientem, si tamen ipse prædicandatur, habet unitatem positivam sibi propriam; accedit, inquam, hæc Scotistarum opinio ad hanc primam sententiam, quatenus, & ipsa negat in natura a parte rei in individuo inveniri plenam, & perfectam unitatem, qualem habebat in statu essentia, & præcisionis, sed tantum vult esse imperfectam, & diminutam, scilicet privativam ob differentias contrahentes sub quibus reperitur in statu contractionis, & existentia.

161 Opposita sententia affirmat naturam in statu existentia eandem suam unitatem formalem retinere, adhuc in individuis quam habebat in statu essentia, quam docent Scotus, & Scotista, D. Th. de ente, & essentia c. 4. q. 2. & cum eo Cajetan. ibidem, & Ripa, ubi de mente utriusque dicit, non ex hoc modo nature merito singularium, in quibus invenitur, adventit unitas singularis, amittit aliam unitatem, quam sibi ut sic, in sua natura vindicat, adhuc enim in singulari existens, ei inest, quod de eius intellectu absolute est, quomiam quod aliquid in eo, quod convenit, cumque ponatur, ei convenit. Verum duplex est modus explicandi hanc sententiam, primus asserit, quod hæc unitas minus unitate numerali est una, & eadem positivè in omnibus individuis, quia non est inconveniens, quod hæc unitas sit cum pluralitate individuali, cum hæc pluralitas tali unitati non opponatur, unde juxta hæc dicitur modum unitas formalis nature non multiplicatur in inferioribus, sed est eadem in omnibus, & ex hoc capite dicitur minor numerali, quia numeralis unitas reperitur tantum in uno, formalis autem in pluribus, & est quædam unitas communis, & hic refertur ut communis modus dicendi Scoti, & Scotistarum, ut est videre apud Suar. Averl. Compl. loc. cit. & Paqualig. t. 2. Mot. disp. 15. sect. 1. ubi cum amplectitur, & enitè defendit.